

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput VI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

quietas ostendunt. In hac terra consistes & manebis. Nam stare calceatum, profectioem ex eo loco significat. econtra solunt & exuunt calceos, qui manere aliquantisper & commorari decreuerunt. tametsi Ruth. 4. cessionem de suo iure ritus soluendi & tradendi calceum denotat. & hoc loco ceremonia religiosæ venerationis est, significans hanc terram diuinitus electam, & sanctam sedem ecclesiæ esse, in qua Deus præsens adsit, & diuinitatem ac omnipotentiam suam, rebus maximis, pro Dei gloria & ecclesiæ salute gestis, demonstrat. *Locus sanctus est.* propter patefactionem & præsentiam Filij Dei.

Caput VI.

Historia urbis Hiericho, à Iosua cantu tubarum expugnata, & funditus euerfa, primum locum, D. Ambrosius ad Gratianum Imp. scribens, his verbis indicat, *NOSTI FIDE MAGIS IMPERATORIS, QVAM VIRTUTE MILITVM, QVAERI SOLERE VICTORIAM, vt Iesus filius Naue, hostes, quos totius exercitus manu valida superare non potuit, septem tubarum sacerdotalium sono vicit, vbi ducem militiæ coelestis agnouit. Ergo & tu vincere paras, qui Christum adoras; vincere paras, qui fidem vindicas. Fide enim muri Hiericho septem diebus obsessi, corruerunt. Ebr. 11. & Psal. 44. Non in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua & brachium tuum. 1. Macc. 3. A Domino est victoria. Quod in hoc exemplo euerforū sonitu tubæ mœnium Iericho, perinde ac si tormentis aeneis, vel terræ motu quassata corruissent: multò illustrius conspicitur, quàm in Babylonis à Cyro captae (libro primo Herodoti) vel Tyro & Gaza magno labore militum ab Alexandro expugnata, vel Demetrii regis Asiæ historijs, qui πολιορκητής cognomen ab industria & felicitate obsidionum & expugnandarum urbium accepit.*

II. Concio de *IRA* Dei horrenda aduersus Idolatriam, libidines, superbiam, luxum, auaritiam, rapinas & similia peccata, propter quæ Deus maximas vrbes & gentes funditus euerit ac delet, vt urbem Iericho, Sodomam, Ierosolymam, Niniuen, Carthaginem deleuit. ac vt de urbis Troiæ deletionem Historicus ait, ita & de Hierichuntis excidio dicere possumus, *ἡ ἱερικὸν παναλεθρία δολομένη, καὶ φανερὰ τῆτο τοῖσι ἀθρώποισι ἐποίησε, ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλα ἐστὶ καὶ αἱ τιμωρίαι, παρὰ τῆ Θεοῦ: Hiericho funditus excisa, omnes homines docet, quod magna peccata magnis pœnis à Deo vindicentur. Est enim hæc norma Iustitiæ diuinæ æterna & immota, in primo præcepto sancita, Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, PVNIENS PECCATVM.*

III. *Sonitus tubarum*, quo muri Hiericho prostrati corruerunt, est *Imago predicationis verbi diuini*, per quam Deus, munitissimum & omnibus alioquin viribus & armis humanis insuperabile regnum Diaboli, in mundo destruit, & nos sono tubarum attendentes, & verbo Dei credentes, victores peccati & mortis efficit, & iustitia, salute & gloria æterna donat. vt Actor. 11. dicitur, Loquetur tibi verbum, per quod saluaberis tu & domus tua. Roman. 1. Euangelion est potentia Dei ad salutem omni credenti. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed po-

sed potentia Dei, ad demolitionem munitio-
 num, & omnem altitudinem efferentem se contra agnitionem Dei, &
 captivum ducimus omnem intellectum ad obedientiam Christi. Marc.
 16. Prædicate euangelion omni creaturæ. Qui crediderit & baptiza-
 tus fuerit, saluus erit. Ioh. 8. Qui verbum meum servauerit, mor-
 tem non videbit in æternum. Huius verbi seu sonitus diuinæ vocis,
 TUBARUM sunt ministri ecclesiæ seu concionatores fidei, qui veram de Deo
 doctrinam in genere humano sonant, & hoc sono verbi diuini claro & il-
 lustri, homines ad veram Dei agnitionem & inuocationem, & omnium
 virtutum Deo placentium officia excitant & inuitant. Esa. 58. Clama,
 ne esses, quasi tuba exalta vocem tuam. Matt. 3. Sum vox clamantis
 in deserto, parate viam Domini.

III. Officia sacerdotum in bellis populi Israël præcipua. Primum
 Num. 10. indicatur, Filij Aaron sacerdotes clangent tubis in bello, & erit
 recordatio vestri coram Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus ini-
 micorum vestrorum. Voluit enim Deus sonitum tubarum esse symbo-
 lum præsentia Dei in castris Israëlitarum. Secundum, Deut 20. com-
 memoratur, videlicet docere & hortari populum, vt fiducia præsentia &
 auxilij diuini adquiesceret, nec vel multitudine hostium & suarum virium
 imbecillitate fractus languesceret: nec fiducia propria virtutis & potentia
 insolesceret; sed à Deo auxilium & victoriam peteret & expectaret, sicut
 formæ talium precationum in bellis & gratiarum actionum, postea à Dau-
 de Psal. 18. 20. 21. 33. 60. 61. 76. 144. & alibi præscriptæ sunt. Tertiò, Signum
 mouendi castra & quiescendi, tubarum cantu sacerdotes dabant, Num. 10.
 Ita nunc quoq; tubicen verbi diuini, seu concinator, voce sua populo si-
 gnificet, quæ actiones suscipiendæ, quæ non suscipiendæ sint; quæ officia &
 cultus Deo grati & accepti sint; qui displiceant; vt ad verbi diuini præscri-
 ptum omnia peragantur.

V. Locus in historia excidij Hiericho est; *an religionis prætextu liceat im-
 pios & de religione dissentientes trucidare?* vt gentes terræ Canaan idolatras,
 & hoc in loco omnes incolas vrbis Hiericho, Israëlita trucidarunt, iuxta
 mandatum Dei, Deut. 7. Respondeo, mandatum Deut. 7. de interficiendis i-
 dolatris, speciale esse, & ad solos Israëlitas & certos populos voce Dei ex-
 pressos pertinere, ac concionatores præcipue, solo gladio spiritus seu verbo
 Dei, idola & idolatras arguere & excindere debere. Magistratus verò solos
 suæ iurisdictioni subiectos idolatras blasphemos supplicio afficere posse.

VI. In ipsis bellis & prælijs parcendū esse dedititijs & supplicibus mo-
 net præfens exemplū Iosua, qui Rahabæ, etiam si Cananæa erat, tamē quia
 supplex facta erat, pepercit, sicut postea etiam Gabaonitas se dedentes cō-
 seruauit. Ita vnusquisq; proprium seruat officium; exploratores excubias,
 mysterium meretrix, fidem victor, religionem sacerdos, Hi periculum pro
 laude non metuunt, illa susceptos nec in periculis prodit. Iste sollicitus
 fidem magis seruare quàm vincere, meretricis prius mandat salutem, quam
 excidium ciuitatis. Fuit enim antiquissimum illud ius supplicum, quod
 Deut. 20. etiam in hoc populo sancitum erat, *μη κτερας αδιων, κτερας ισφοιτε υ α-
 γνοι.* Quod de filio Dei supplice, p nobis apud patrē æternū factō admonet.

VII. Imago collectionis & conseruationis ecclesiæ omnium temporum
 consideretur. Vt enim corridente vrbe Hiericho, & incolis omnibus truci-
 datis, Rahab sola cum suis incolumis seruatur: ita semper inde vsq; ab ipitio

inter ruinas & excidia regnorum & urbium huius mundi, exigua ecclesia, per ministerium euangelij excerpitur, & collabentibus ac deletis imperijs perpetuo defenditur. VIII. De iure hospitij, quod in medijs bellis religiosa antiquitas sanctè religioseque coluit. IX. De instauratione urbis Hiericho facta per Hielem Betheliten, 3. Reg. 16. qui primogenitum & minimum natu filium amisit, vt hoc in loco Iosua, anathemate urbem percutiens, instauratori illius fuerat imprecatus. X. Postremò: *Finis mundi, & ruina totius rerum naturæ, sonitu tubæ archangeli præcedente, & vita ecclesiæ resuscitata, in hac historia urbis Hiericho, sonantibus tubis in ruinam præcipitata, & Rahabæ cum suis conseruata (de qua superius capite 2. prolixius diximus) significatur.* Veniet enim filius hominis in nubibus coeli, & mittet angelos suos cum tubæ voce magna, & congregabunt electos eius ex quatuor ventis, eosq; inter fragores mundi collabentis & conflagentis, in aternæ vitæ tabernacula introducent.

Caput VII.

Achan seu Achor (vt 1. Paral. 2. Ose 2. & alibi scribitur) bonis Domino Deo consecratis & deuotis manus adferens, & sacra in rem suam conuertens: *Imago est multorum principum, & priuatorum, qui bona ecclesiastica Deo & vsibus diuinis destinata surripiunt, & in suas priuatas utilitates & commoda transferunt.* Nam quod semel Deo & ecclesiæ ipsius, & conseruationi doctrinæ & cultuum diuinorum, & alendis pauperibus, dicatum est: id non sine tetra impietate & sacrilegio auferri, & ab hæredibus aut patronis occupari vel accipi potest, sed in pios vsus ecclesiæ, studiorum doctrinæ, pauperum, scholarum, hospitalium collocari debet. Quod & iuri diuino & legibus scriptis consentaneum est, ac horrendis pœnis præsentibus & aternis, eiusmodi fures & raptores bonorum ecclesiasticorum puniri, non solum præsens Achani cum tota familia & omnibus bonis deleti, verum etiam quotidiana & omnium oculos incurrentia, principum & ciuitatum exempla demonstrant, qui prætextu euangelij occupatis cœnobiorum & collegiorum bonis, multo miseres sunt, & Dei maledictionem sibi & posteris attrahunt. Vt enim aquilarum plumæ, cæterarum auium plumis mixtæ, exedere eas & absumere scribuntur: sic ecclesiastica bona, principum & priuatorum patrimonijs mixta, vtrumq; consumere & dissipare experientia docet, quæ apud Ethnicos etiam prouerbio, Aurum Tolosanum, originem dedit: & Chrysostomi dictum memoria dignum est, in 1. Cor. 5. *πολλὰ μὲν τὰ εἰσενεχθέντα κακῶς ὀλίγα, τὰ καλῶς κείμενα ἐξέβαλε πολλὰ ὄντα. ἔθεν γὰρ σαφέστερον πλεονεξίας, καὶ τὴν κλεῖν Ἰπθίης τῷ τοῖστῳ ταμιεῖῳ, καὶ θύρα, καὶ μοχλὸν, εἰς αὐτὰ ποιῆς, πλεονεξίας ἔδον τὸν χαλεπώτατον ληστὴν ἀποκλείσας ἢ πάντα διωάμενον ἐξενέγκειν.* Sæpe exiguum lucellum malè quæsitum, amplas opes honestè partes euerit. Nihil enim est, quod facilius omnia corrumpat, quam auaritia & fraude parta. Etsi enim seram addas tali arcæ, & ianua exteriori, & vete eam communieris, tamen violentissimum prædonem, fraudem & auaritiam intus conclusam tenes, quæ omnia efferre & dissipare potest.

II. Locus principalis est exemplum PROVIDENTIÆ, qua cernit

D A V S